



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Quæst. 301. Quænam sint pœnæ incestûs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

cando cum conjuncta in septimo gradu, arg. *can. de affinitate. & can. de consanguinitate. 35. q. 3. Farin. l. c. 9. 49. n. 57. & 58.* Tertio, qui peccat, aut matrimonium contrahit cum consanguinea sponsæ de præsentem nondum cognita; cum nondum contraxerit cum ea affinitatem, Covar. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. num. 4. Reiffenst. num. 67.* Quarto, qui peccat cum cognata legali per adoptionem vel arrogationem, quia hæc propriè illius non est, Farin. *l. c. n. 46.* Quinto, qui peccat cum cognata spiritali ratione Baptismi vel confirmationis. Clarus *§. incestus.* Farin. *n. 50. Wiestn. h. t. n. 60. Reiffenst. l. c. arg. c. Lexilla. 36. q. 1.*

**Quæst. 301. Quænam sint pænæ incestus?**

**1. Resp.** Primò: Pænæ incestus simplicis, id est, non velati incestus nuptiis, etsi nulla determinatè expressa jure civili, eademque esset, quæ adulterii, *L. si adulterium. L. miles ff. ad Leg. Jul. de adult. Host. in sum. n. 13. Covar. l. c. num. 2. Pirh. n. 65. Wiestn. n. 63.* adeoque pænæ mortis, quia, ut dictum, est crimen gravius adulterio, quam tamen pænæ locum habere, si incestus committatur inter ascendentes & descendentes lineâ rectâ, vel conjunctus cum adulterio vel stupro, cum *Gl. tr. 1. cit. L. si adulterium.* sentiunt Clarus *§. incestus. n. 2. Pirh. l. c.* hodieque adhuc solere puniri pænâ gladii, dum incestus est prohibitus jure divino, testantur Menoch. *de arb. cas. 502. à num. 14. Bajard. ad Clar. l. c. n. 3. Farin. l. c. num. 14. & 16. Haunold. Tom. de 7. & 7. tr. 2. n. 347.* Eandem pænæ mortis inferri collateralibus incestuosus primi gradus, nempe fratri & forori, tradunt iidem, Menoch. *l. c. cas. 205. à n. 14. Haunold. n. 348. Wiestn. h. t. num. 63.* testans de praxi quarundam provinciarum, quamvis, quòd in aliis provinciis ii virgis cæsi relegentur perpetuò, asserant Carpz. *pr. crim. q. 73. à n. 11. Berlich. in pract. p. 4. concl. 33. num. 5. & 13.* hodièdum verò incestus simplex commissus contra jus humanum, sive prohibitus in gradu affinitatis & consanguinitatis, jure humano punitur à Judice pænâ arbitrariâ pro varietate circumstantiarum, *Zœf. in ff. ad Leg. Jul. de adult. Pirh. l. c.* si verò quis scienter incestuosas nuptias celebravit, jure civili variæ pænæ sunt, v. g. confiscatio omnium bonorum, privatio dignitatum, missio in exilium, & si viles sint personæ, verberatio, juxta *Auth. incestus. c. de incest. nuptiis.* Farin. *l. c. q. 148. n. 21. & seq. Pirh. l. c.*

**2. Resp.** Secundò: Jure canonico Laici scienter incestum committentes, incurrunt imprimis excommunicationem, *c. de iis, qui incest. 35. q. 2. & insuper, si vir est conjugatus, privatur jure petendi debitum ab uxore, c. 1. & c. transmissa. de eo, qui cognov. consang. & insuper post mortem conjugis jus cum alia vel alio contrahendi matrimonii perdit, c. si quis. 35. q. 2. Menoch. de arb. c. 502. Pirh. n. 16. & alii, quamvis privatio hujus juris secundi contrariâ consuetudine abrogata videatur, Wiestn. n. 65. Reiffenst. h. t. n. 72.* qui verò incestas nuptias scienter contrahere præsumpserit, primò excommunicationem jure latam ipso facto incurrit, *Clem. unic. de consanguin. & affinitate.* quam tamen non incurrit, qui ignorans etiam ex culpa lata consanguinitatem vel affinitatem, contrahit matrimonium; cum, quando dolus requiritur ad pænæ, culpa lata non sufficiat, Diaz. *in pr. crim. can. v. incestus. c. 88. in addit. v. deponatur.* quamvis *Gl. in cit. Clem. unic. scienter,* teneat contrarium de igno-

rante ignorantia juris. Secundò, taliter contrahentes debent ab invicem separari. *cit. Clem. unic.* Tertio, non possunt cum aliis contrahere matrimonium, nisi ignorantes ambo, vel eorum alter contraxerint, *Can. qui propinquam. 35. q. 2.* Porro, si Clericus incestum commiserit, est perpetuò deponendus ab Ordine, & officio & beneficio privandus, Farin. *p. 5. q. 149. n. 34. Clar. §. incestus. num. 2. Diaz. cit. c. 88. n. 1. & 2. Pirh. h. t. n. 66. arg. can. 10. & seq. 30. dist. 81.* ubi Clericus adulter jubeatur deponi, incestus autem sit gravius delictum. Sic quoque Sacerdos, qui cognovit cognatam spiritali, v. g. levavit ex Baptismo, vel tenuit in Sacramento Confirmationis, aut commatrem, seu matrem illius, uti & qui cognovit filiam confessionis, etsi propriè incestum non commiserit, nec pænæ illius incurrerit, ab officio tamen est deponendus, Menoch. *de arb. cas. 205. n. 27. & seq. Diaz. l. c. c. 86. n. 2. & 4. Farin. l. c. n. 53. Pirh. n. 67. Reiffenst. h. t. n. 75. arg. c. omnes. & c. si quis. & c. non debet. 30. q. 1.*

**Quæst. 302. Quid sit Sacrilegium?**

**Resp.** Sacrilegium, prout hoc loco accipitur, & ad incestum revocatur, sic breviter definitur: concubitus cujuscunque cum persona Deo dicata per votum continentia. Dicitur primò: *cujuscunque*: perinde enim est, sive is sit Laicus, sive Ecclesiasticus, sive Sæcularis, sive Religiosus, quia malitia hujus criminis, quæ talis desumitur à persona, cum qua committitur. Dicitur secundò: *Cum persona Deo dicata per votum continentia*, sive illud sit simplex, ut dum Laicus concubuit cum sæculari aliqua soluta voto castitatis obstricta, sive solenne, quale est votum castitatis emissum vi professionis religiosæ, aut sacrorum Ordinum. Est proinde hæc circumstantia personæ, tanquam speciem mutans exprimens in confessione. Habere quoque concubitum cum moniali Sacrilegii, suo modo malitiam adulterii & incestus continet, quia committitur in sponsam DEI, qui & pater noster est, ajunt Abb. *in c. Monasteria. de vita & honestate.* Decian. *tr. crim. l. 6. c. 20. n. 1. Farin. l. c. n. 3.* apud Wiestn. *h. t. n. 68. arg. can. sciendum. & c. qui abstulerit. 12. q. 2.* vel etiam, si committatur cum Episcopo propter matrimonium spirituale illius cum sua Ecclesia, unde proles ex tali concubitu nata est spuria, Wiestn. *h. t. num. 69.* & post professionem cum ea attentans & consummans matrimonium, evadit bigamus, Sanch. *l. 7. de matrim. d. 85. n. 5. Barb. de off. Episc. alleg. 49. n. 25. arg. can. quotquot. juncto can. monacho. 27. q. 1.*

**Quæst. 303. Quænam sint pænæ Sacrilegii?**

**1. Resp.** Primò: Fornicatio Clerici in sacris constituti cum persona, tam à conjugio, quam ab omni voto castitatis soluta, etsi jure civili in foro externo non censetur Sacrilegium, adeoque non puniatur ut tale, sed tantum ut simplex fornicatio, ut Clarus *§. fornicatio, n. 18. Menoch. de arb. cas. 289. n. 6. Farin. l. c. q. 146. n. 3. Pirh. h. t. n. 88.* commissa tamen à tali Clerico, vel etiam Laico cum moniali, sive cum ea attentaverit matrimonium, sive non, jure civili punitur pænæ mortis, *L. si quis, c. de Episc. & Cler. Auth. de SS. Episc. §. penult. coll. 9. Menoch. l. c. Barb. in c. sicut. de privileg. n. 3. Pirh. l. c. Reiffenst. n. 78. Wiestn. n. 71.* Bona quoque delinquentis jubeantur appli-